PRECES

IN

EXPOSITIONE SS. SACRAMENTI

DICENDAE

ET QUAE CORAM SANCTISSIMO EXPOSITO

VARIIS TEMPORIBUS IN HAC ARCHIDIOECESI

DICI SOLENT

ADDITA APPENDICE

QUARUMDAM ALIARUM FUNCTIONUM

ET BENEDICTIONUM ALIQUANDO OCCURRENTIUM








PREMIATA LIBRERIA ECCLESIASTICA

UDINE — ZORZI RAIMONDO — UDINE

1900

Utini 1900 — Ex Officina Typ. Patronatus.



PETRUS ZAMBURLINI

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS UTINENSIS



Venerabili et Dilecto Clero Salutem in Domino.

Quum Nobis compertum sit, in quibusdam Nostrae Archidioecesis ecclesiis varios in expositione SS. Sacramenti adhiberi ritus variasque preces, idcirco hunc libellum conficiendum curavimus, qui certos ritus in Ejusdem expositione certasque preces coram Ipso dici solitas contineret, ut ad divini cultus decorem, et ad Christifidelium aedificationem unus idemque ubique juxta mentem ecclesiae habeatur precandi modus.

Itaque ut in omnibus et singulis ecclesiis publicae coram SS. Sacramento precationes juxta ritum et modum S. Romanae Ecclesiae fiant; declaramus praescriptiones liturgicas in hoc libello suis locis appositas, partim decretis a S. R. C. editis esse conformes, partim ex probatis sacrorum rituum commentatoribus depromptas; precationes vero desumptas esse, alias ex Rituali Romano, alias ex collectione precum vulgo: « Raccolta di Orazioni e Pie Opere per le quali sono state concesse dai Sommi Pontefici le Ss. Indulgenze » Romae cum adprobatione Sacrae Congreg. Indulg. anno 1898 edita, nonnullas autem jamdiu in hac Archidioecesi esse in usu.

Quapropter auctoritate Nostra ordinaria non tantum hunc libellum adprobamus, verum etiam praecipimus, ut ritus, qui in eo continentur, ab omnibus ecclesiarum rectoribus fideliter serventur, ac precationes eaedem eodemque modo liturgico suis temporibus peragantur, vetantes ne in alias quascumque similes commutentur, neve alio modo fiant.

Datum Utini ex Nostra residentia
die 21 Decembris 1899.

✠ **PETRUS Archiep.**

OBSERVANDA
IN
EXPOSITIONE ET BENEDICTIONE SS. SACRAMENTI

QUAE SINT PRAEPARANDA

1. Altare expositionis, quod erit praecipuum, decenter ornabitur. Super Tabernaculum erit Thronus cum palla munda in plano ejus.

2. A lateribus Tabernaculi, albo conopaeo contecti, ponentur saltem duodecim candelabra cum candelis, quarum numerus in Solemnitate SS. Corporis Christi et in Ejus octava, quantum fieri potest, augeatur.

3. Super Altare ponetur Ostensorium albo velo contectum una cum corporali et claviculis Tabernaculi; super abacum vero, velum humerale et stola alba cum libro precum.

4. In Sacrario praeparabitur pluviale cum stola albi coloris et superpelliceum cum bireto pro Celebrante, item superpellicea pro assistentibus et Clericis, thuribulum cum navicula.

DE FUNCTIONE

5. Hora praestituta, Celebrans paramentis indutus, medius inter assistentes superpelliceo indutos et sustinentes fimbrias pluvialis, reverentiam facient Cruci et praecedente thuriferario ad Altare procedent.

6. Quum ingressi fuerint septa presbyterii, omnes caput nudabunt et cum ad Altare pervenerint, genuflectionem facient in plano, deinde super infimum gradum genuflectent.

7. SS. Sacramentum expositurus alba stola indutus ascendet suppedaneum et explicato corporali, ostiolum Tabernaculi aperiet, deinde retrahens se a latere Epistolae, et unicum genu flectens, educit parvam custodiam cum S. Hostia, quam in sphaeram Ostensorii intromittet, illud in medio corporali collocans. Recedens inde aliquantulum ad latus Epistolae simplicem genuflectionem peraget dum scabellum porrigitur.

8. Sacerdos Ostensorium dextera accipiet et in throno collocabit; et facta profunda reverentia descendet in suppedaneum ubi genuflexionem

unico genu iterabit et vertens se ad latus Epistolae descendet in planum et stolam exuens, in infimo gradu genuflectet.

9. Celebrans una cum assistentibus assurget et sine benedictione ter imponet incensum in thuribulo, ministrante sine osculis navicula assistente a dextris, dum qui stat a sinistris, fimbriam dexteram pluvialis attollet.

10. Posito incenso, iterum genuflectent: Celebrans thuribulum de manu assistentis accipiet et facta cum aliis profunda capitis inclinatione, SS. Sacramentum triplici ductu thurificabit, et iterata inclinatione thuribulum restituet.

11. Celebrans incipiet hymnum - *Pange Lingua* - quem concinet una cum assistentibus et populo usque ad quartam stropham inclusive. Deinde dicuntur preces variis anni temporibus convenientes, in hoc libro dispositae.

12. Precibus peractis, Celebrans surget et ut ab initio incensum in thuribulum imponet, postea iterum omnibus genuflectentibus praecinet: - *Tantum ergo.* - Ad illa verba: *Veneremur cernui* fiet ab omnibus profunda inclinatio et postea Celebrans eo modo quo supra SS. Sacramentum thurificabit.

13. Cantabitur dehinc: - *Genitori* et ℣. *Panem de coelo* etc. - inde Celebrans nulla facta reverentia assurget et *Orationem* canet, qua finita rursus genuflectet.

14. Oratione cantata, Celebrans recitabit alternatim cum populo pias Laudes: - *Dio sia benedetto* - si post Benedictionem canendum sit - *Vi adoro* -, alioquin dicuntur dum reponitur SS. Sacramentum. Interim Sacerdos imponet sibi stolam, ascendet suppedaneum et peracta simplici genuflectione, conscendet scabellum, et accipiens manu dextera Ostensorium descendit, et collocat super corporale, ita ut pars anterior populum respiciat; et iterata simplici genuflectione redibit ad locum suum. Interea assistens imponet Celebranti velum humerale.

15. Tum Celebrans ascendet Altare et manibus ipsi insistens simplicem genuflexionem faciet in suppedaneo; deinde erectus ita Ostensorium vertet, ut pars anterior Tabernaculum respiciat, ejusque pedem extremitatibus anterioribus veli cooperiet, dein per suam dexteram ad populum se convertet ut eidem benedicat hoc modo: stans ante populum, Ostensorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora non supra caput, sed tantum usque ad oculos, et eodem modo illud demittit infra pectus, mox iterum linea recta illud attollit usque ad pectus, et deinde ad sinistrum humerum ducit, et reducit ad dexterum, et rursus ante pectus reducit, - ibique aliquantulum sistit quasi peracta ad omnes mundi partes Cruce, eam etiam venerandam

omnibus praebet: tunc, gyrum perficiens a latere Evangelii collocat Ostensorium super corporale et facta simplici genuflexione descendet in planum et infimo gradu genuflectet.

16. Celebrans genuflexus, cum aliis profundam reverentiam efficiet; tum ei de humeris ab uno ex assistentibus velum humerale expedietur.

17. Iis peractis, Celebrans intonet Iaculatorias: - *Vi adoro* ecc. - nisi dicendum sit: - *Dio sia benedetto* - ut dictum est supra, una cum populo concinendo et interim Sacerdos ascendit suppedaneum, et factis genuflexionibus ut in exponendo, reverenter reponet S. Hostiam in Tabernaculo, recedet ab Altari, ac sibi de collo stolam detrahet.

18. Tunc omnes de Clero simul assurgent, et facta simplici genuflexione caput sibi cooperient et ordine superius descripto, ad Sacrarium pergent, Crucem reverebuntur, et suam vestem quisque deponet.

SPECIALITER ADNOTANDA

19. Dum Celebrans benedicit populo cum SS. Sacramento, omnis cantus absolute prohibetur, Campanae tantummodo benedictionis signum absentibus dabunt.

20. In Ecclesiis organum habentibus, caveat Rector ne sonus illius sit lascivus aut profanus qui alio transferat mentes et corda fidelium.

21. In illis vero ubi adest solus Sacerdos, qui omnia a se ipso peragere debet, curet quantum in ipso erit ne supradictae normae detrimentum patiantur. In exponendo autem vel deferendo e throno SS. Sacramentum exuet et postea induet pluviale.



PRECES
IN
BENEDICTIONE SS. SACRAMENTI
PRO TEMPORUM OPPORTUNITATE DICENDAE

TEMPORE ADVENTUS

In omnibus Dominicis et Festis per annum nisi aliqua specialis solemnitas recurrat, vel aliter notetur, exposito, ut dictum est supra, SS. Sacramento et thurificatione peracta, cantabitur: Hymnus - Pange lingua.

Quum autem expositio fit statim post vesperas aut aliam sacram functionem vel concionem, dici possunt tantummodo duae ultimae strophae: Tantum ergo *etc.*

HYMNUS

Pange lingua gloriosi *(thurificatio)*
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremae nocte coenae
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque Sanguis Christi merum;
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Deinde

LITANIAE LAURETANAE B. M. V.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de coelis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere.
Spiritus sancte Deus, miserere.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater divinae gratiae, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.
Mater inviolata, ora.

Mater intemerata,	ora pro nobis.
Mater amabilis,	ora.
Mater admirabilis,	ora.
Mater Creatoris, Mater boni consilii ora	ora.
Mater Salvatoris,	ora.
Virgo prudentissima,	ora.
Virgo veneranda,	ora.
Virgo praedicanda,	ora.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidelis,	ora.
Speculum justitiae,	ora.
Sedes sapientiae,	ora.
Causa nostrae laetitiae,	ora.
Vas spirituale,	ora.
Vas honorabile,	ora.
Vas insigne devotionis,	ora.
Rosa mystica,	ora.
Turris Davidica,	ora.
Turris eburnea,	ora.
Domus aurea,	ora.
Foederis arca,	ora.
Janua coeli,	ora.
Stella matutina,	ora.
Salus infirmorum,	ora.
Refugium peccatorum,	ora.
Consolatrix afflictorum,	ora.
Auxilium Christianorum,	ora.
Regina Angelorum,	ora.
Regina Patriarcharum,	ora.
Regina Prophetarum,	ora.
Regina Apostolorum,	ora.
Regina Martyrum,	ora.
Regina Confessorum,	ora.

Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Regina sine labe originali concepta, ora.
Regina sacratissimi Rosarii, ora.
Regina pacis ora
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Omittenda est quaecumque alia Invocatio Virginis, nisi habeatur S. Sedis concessio. Dec. 2 Aug. 1631, et 24 Iul. 1683.

Ant. Sub tuum praesidium confugimus sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

℟. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.
℣. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii Tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Haec Oratio B. M. V. mutabitur pro temporum opportunitate; vide pag. 15.

Deinde:

Deus, omnium fidelium Pastor et Rector, Famulum tuum N. quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest, proficere: ut ad vitam una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam.

Defende, quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Incensum in thuribulo ponitur, deinde cantabitur :

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui : *(thurificatio)*
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui :
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio :
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de coelo praestitisti eis,
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Tempore Paschali et in tota Octava SS. Corporis Christi additur Alleluja.

OREMUS

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti : tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

℟. Amen.

Dum effertur e throno SS. Sacramentum dicuntur sequentes piae Laudes si post Benedictionem canendum sit - Vi adoro - *alioquin dicuntur dum reponitur SS. Sacramentum.*

Dio sia benedetto.
Benedetto il suo santo Nome.
Benedetto Gesù Cristo vero Dio e vero Uomo.
Benedetto il Nome di Gesù.
Benedetto il suo sacratissimo Cuore.
Benedetto Gesù nel SS. Sacramento dell'Altare.
Benedetta la gran Madre di Dio Maria Santissima.
Benedetta la sua santa ed immacolata Concezione.
Benedetto il Nome di Maria Vergine e Madre.
+ Benedetto Iddio nei suoi Angeli e nei suoi Santi.


His expletis benedicitur populus cum SS. Sacramento et dum reponitur S. Hostia nisi dicendus sit Dio sia benedetto *cantabitur :*

Vi adoro ogni momento,
O vivo Pan del Ciel gran Sacramento.

Lodato sempre sia
Il nome di Gesù e di Maria.

E sempre sia lodato
Il nome di Gesù Verbo incarnato.

+ Benedetto S. Giuseppe suo castissimo sposo.



ORATIONES DIVERSAE

PRO OPPORTUNITATE DICENDAE

A Nativitate Domini usque ad Purificationem.

Deus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti, tribue, quaesumus ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitae suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit etc.

A Purificatione usque ad Adventum.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum.

Pro quacumque necessitate.

Deus, refugium nostrum, et virtus: adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum.

Pro quacumque tribulatione.

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per Christum Dominum nostrum.

Pro remissione peccatorum.

Deus, qui nullum respuis, sed quantumvis peccantibus, per poenitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostrae, et illumina corda nostra; ut tua valeamus implere praecepta. Per Christum Dominum nostrum.

Tempore terraemotus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui respicis terram, et facis eam tremere: parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut, cujus iram, terrae fundamenta concutientem expavimus, clementiam contritiones ejus sanantem jugiter sentiamus. Per Christum Dominum nostrum.

Ad petendam pluviam.

Deus, in quo vivimus, movemur, et sumus: pluviam nobis tribue congruentem; ut praesentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Christum Dominum nostrum.

Ad postulandam serenitatem.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi: et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum.

Ad repellendas tempestates.

A domo tua, quaesumus Domine, spiritales nequitiae repellantur: et aërearum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum.

Tempore pestis et mortalitatis.

Deus, qui non mortem, sed poenitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te revertentem propitius respice; ut, dum tibi devotus exsistit, iracundiae tuae flagella ab eo clementer amoveas.

Da nobis, quaesumus, Domine, piae petitionis effectum: et pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant, a te indignante talia flagella prodire, et, te miserante, cessare. Per Christum.

Pro infirmo.

Omnipotens sempiterne Deus, salus aeterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo infirmo, pro quo misericordiae tuae imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum.

Pro infirmo morti proximo.

Omnipotens et misericors Deus, qui humano generi et salutis remedia, et vitae aeternae munera contulisti: respice propitius famulum tuum infirmitate corporis laborantem, et animam refove, quam creasti; ut in hora exitus illius, absque peccati macula, tibi Creatori suo per manus sanctorum Angelorum repraesentari mereatur. Per Christum.

Pro eligendo Summo Pontifice vel Episcopo.

Supplici, Domine, humilitate deposcimus: ut sacrosanctae Romanae *(vel nomen Dioecesis)* Ecclesiae concedat Pontificem illum tua immensa pietas, qui et pio in nos studio semper tibi placitus, et tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reverendus. Per Christum.

Contra persecutores Ecclesiae.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Per Christum Dominum nostrum.

Pro pace.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum.

Pro fidelibus defunctis.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor: animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

Pro peste animalium.

Deus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum.



NOVENDIALES SUPPLICATIONES
ANTE FESTUM IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. M. VIRGINIS

Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terrae.

OREMUS

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum.

Orazione preparatoria.

Vergine purissima, concepita senza peccato, e fin da quel primo istante tutta bella e senza macchia, gloriosa Maria, piena di grazia, Madre del mio Dio, Regina degli Angeli e degli uomini, io umilmente vi riverisco come Madre del mio Salvatore, che, quantunque Dio, mi ha insegnato colla sua stima, col suo rispetto, colla sua sommissione verso di Voi, quali onori e quali omaggi io debba prestarvi. Degnatevi, vi prego, ricevere ciò, che in questa novena vi consacro. Voi siete il sicuro asilo de' peccatori penitenti; ho dunque ragione di ricorrere a Voi: siete Madre di misericordia; non potrete adunque non essere intenerita dalle mie miserie; siete, dopo Gesù Cristo, tutta la mia speranza; non potrete non gradire la tenera confidenza che ho in Voi. Fatemi degno di chiamarmi vostro figlio, affinchè possa dirvi con fiducia: *Monstra Te esse Matrem.* — *Nove* Ave Maria *ed un* Gloria.

Preghiera per il primo giorno.

Eccomi ai vostri santissimi piedi, o Vergine Immacolata: io mi rallegro grandemente con Voi, che fin dall' eternità siete stata eletta Madre del Verbo eterno e preservata dalla colpa originale. Ringrazio e benedico la SS. Trinità, che vi ha arricchita di questi privilegi nella vostra Concezione; e vi supplico umilmente ad impetrarmi grazia di vincere quei tristi effetti, che in me ha prodotto il peccato originale: deh! Voi fate, che io li superi e non lasci mai di amare il mio Dio.

Si cantano le Litanie *pag. 10, oppure il seguente*

INNO

℣. Tota pulchra es Maria.
℟. Tota pulchra es Maria.
℣. Et macula originalis non est in Te.
℟. Et macula originalis non est in Te.
℣. Tu gloria Ierusalem.
℟. Tu laetitia Israel.
℣. Tu honorificentia populi nostri.
℟. Tu Advocata peccatorum.
℣. O Maria.
℟. O Maria.
℣. Virgo prudentissima.
℟. Mater clementissima.
℣. Ora pro nobis.
℟. Intercede pro nobis ad Dominum Iesum Christum.
℣. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti:
℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

OREMUS

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti, quaesumus, ut qui ex

morte ejusdem Filii tui praevisa Eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad Te pervenire concedas.

Deus, omnium Fidelium Pastor et Rector, famulum tuum N. quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis, et praesta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum etc.

NB. Negli altri giorni il tutto si pratichi come sopra, eccettuate le seguenti preghiere.

Preghiera pel secondo giorno.

O Giglio immacolato di purità Maria, io mi congratulo con Voi, che fino dal primo istante della Vostra Concezione siete stata ricolmata di grazia, e che di più vi sia stato conferito l' uso perfetto di ragione. Ringrazio ed adoro la SS.ma Trinità, che vi ha compartiti così sublimi doni; e mi confondo tutto dinnanzi a Voi, nel vedermi così povero di grazia. Voi, che così pienamente foste ricolmata di celeste grazia, deh! partecipatene all' anima mia e fatemi partecipe dei tesori del vostro immacolato Concepimento.

Preghiera per il terzo giorno.

O mistica Rosa di purità Maria, io mi rallegro con Voi, che avete gloriosamente trionfato nella vostra Immacolata Concezione del serpente infernale, e che siete stata concepita senza macchia di peccato originale. Ringrazio e lodo con tutto il cuore la SS. Trinità, che vi ha concesso tal privilegio, e vi supplico ottenermi valore da superare ogni in-

sidia del nemico infernale e non macchiare col peccato l'anima mia. Deh! Voi sempre ajutatemi; e fate, che colla vostra protezione sempre trionfi dei comuni nemici della mia eterna salute.

Preghiera per il quarto giorno.

O Specchio di purità Immacolata Maria Vergine, io godo al sommo nel vedere che sieno state infuse in Voi sin dalla vostra Concezione le più sublimi e perfette virtù, ed insieme tutti i doni dello Spirito Santo. Ringrazio e lodo la SS. Trinità, che vi ha favorito con questi privilegi; e vi supplico, o Madre benigna, ad ottenermi la pratica delle virtù e rendermi così degno di ricevere i doni e la grazia dello Spirito Santo.

Preghiera per il quinto giorno.

O Luna rilucente di purità Maria, io mi congratulo con Voi, mentre il Mistero del vostro Immacolato Concepimento è stato il principio della salute di tutto il genere umano e l'allegrezza di tutto il mondo. Ringrazio e benedico la SS. Trinità, che ha così magnificato e glorificato la vostra Persona; e vi supplico ottenermi grazia di sapermi approfittare della Passione e Morte del vostro Gesù, affinchè non sia inutile il Sangue sparso sulla Croce; e fate, che io viva santamente e mi salvi.

Preghiera per il sesto giorno.

O Stella risplendentissima di purità, Immacolata Maria, io mi rallegro con Voi, che l'immacolato vostro Concepimento abbia recato un gaudio grandissimo a tutti gli Angeli del Paradiso. Ringrazio e benedico la SS. Trinità, che vi ha

arricchita di così bel privilegio. Deh! fate che io entri un giorno a parte di questa gioia, e possa in compagnia degli Angeli lodarvi e benedirvi in eterno.

Preghiera per il settimo giorno.

O Aurora sorgente di purità, Immacolata Maria, io mi rallegro con Voi, ed ammiro, che nel momento stesso della vostra Concezione siete stata confermata in grazia e resa impeccabile. Ringrazio ed esalto la SS. Trinità, che ha contraddistinta Voi sola con questo particolare privilegio. Deh! impetratemi, o Vergine Santa, un totale e continuo abborrimento alla colpa sopra ogni altro male, e fate, che piuttosto io muoia che la commetta mai più.

Preghiera per l'ottavo giorno.

O Sole senza macchia Vergine Maria, io mi congratulo con Voi, e godo che nella vostra Concezione sia stata da Dio conferita a Voi una grazia maggiore e più copiosa che non ebbero tutti gli Angeli e tutti i Santi nel colmo de' loro meriti. Ringrazio ed ammiro la somma beneficenza della SS. Trinità, che vi ha dispensato questo privilegio. Deh! fate, che io corrisponda alla grazia divina e mai ne abusi; mutatemi il cuore, e fate, che fin d' ora incominci il mio ravvedimento.

Preghiera per il nono giorno.


O Luce viva di santità ed Esempio di purità, Immacolata Vergine e Madre Maria, Voi appena concepita adoraste profondamente Iddio e lo ringraziaste; giacchè col mezzo vostro, sciolta la maledizione antica, veniva la piena bene-

dizione sopra i figli di Adamo. Deh! Voi fate, che questa benedizione accenda nel mio cuore l'amor verso Dio. Voi infiammatelo, acciocchè io ami costantemente il Signore in terra, e poi lo goda eternamente in Paradiso, dove possa ringraziarlo più ardentemente dei singolari privilegi a Voi concessi e godere di Voi coronata di tanta gloria.



NOVENDIALES SUPPLICATIONES

ANTE FESTUM NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI



℟. Deus in adjutorium meum intende.
℣. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galileae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit; Ave gratia plena; Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset turbata est in sermone ejus; et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnabit in domo Jacob in aeternum; et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet

in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Saluteremo divotamente la Beatissima Vergine, contemplando in tre poste quelle ammirabili virtù colle quali essa si dispose al Divin parto, e la supplicheremo a ricambiare i nostri umili ed affettuosi saluti con quelle grazie, delle quali conoscerà esser noi più bisognosi, per ben disporci al sacro Natale. Chiuderemo ciascheduna posta con un *Gloria Patri*, in ringraziamento alla Santissima Trinità, perchè siasi compiaciuta di esaltare questa nostra gran Madre alla dignità sublime di Madre di Dio, costituendola in istato di poter più facilmente esaudire le nostre preghiere.

Nella prima posta mediteremo la grande umiltà di Maria, che in vedersi adorna di tante grazie celesti, e prescelta Madre di Dio, non ebbe mai altro sentimento di se stessa, che di umilissima ancella; e la pregheremo ad impetrarci una vera cognizione di noi stessi, affinchè impariamo ad esser umili, ed a gloriarci solo d'esser praticamente veri servi del suo Divino Figliuolo. Deh! Vergine Santissima, risguardate con occhio pietoso coloro, che acciecati dalla superbia, dispregiano come vile l' esercizio dell' umiltà; e fate loro conoscere quanto ciechi sieno nella pretensione di salvarsi, senza il merito dell' umiltà, e della mortificazione.

℣. Jesus Christus propter nostram salutem incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.

℟. Et homo factus est, venite adoremus.

Tre *Ave Maria* ed un *Gloria, etc.*

Nella seconda posta mediteremo l' obbedienza prontissima della Vergine, quando annunziata dall' Arcangelo Gabriele per Madre del Verbo Eterno, si abbandonò immantinente al sovrano beneplacito, benchè le sembrasse impossibile, che accoppiar si potesse al fiore Verginale il frutto della Maternità, e la pregheremo ad esserci Madre amorevole nell' ottenerci da Dio grazia di sottometter sempre la nostra volontà con cieca ubbidienza alle sue sante disposizioni, ed una costanza instancabile nell' intero adempimento dei suoi Divini Comandamenti. Vergine sacrosanta, sieno oggetto della vostra pietà quegli infelici, che disobbedienti alla santa legge del vostro Divino Figliuolo, contumaci resistono alle di lui amorose inspirazioni, acciocchè in questi dì mercè la vostra intercessione, conosciute le loro ingratitudini, le piangano con vero dolore, e si muovano una volta a servire, ed ubbidire a quel Dio che tanto ci ama.

℣. Jesus Christus propter nostram salutem incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.

℟. Et homo factus est, venite adoremus.

Tre *Ave Maria*, ed un *Gloria, etc.*

Nella terza posta mediteremo la Verginità Immacolata di Maria, per la cui difesa e conservazione era ella prontissima a rinunziare alla dignità di Madre di Dio, piuttosto che soffrire un menomo discapito nella sua illibata Castità ; e la pregheremo ad assisterci efficacemente nel tempo delle tentazioni, acciocchè coraggiosi ci risolviamo di perder la roba, l' onore e la vita, piuttosto che macchiare la purità delle anime nostre con alcuna benchè veniale offesa. Vergine Immacolata, volgete, vi prego le vostre amorose pupille verso coloro, che affascinati dalle lusinghe del senso, continuano a giacere miseramente nel lezzo delle impurità, acciocchè dallo stato di perdizione risorgano senza ritardo alla Gra-

zia, e prendano in abborrimento qualunque men che onesto piacere.

℣. Jesus Christus propter nostram salutem incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.

℟. Et homo factus est, venite adoremus.

Tre *Ave Maria*, ed un *Gloria, etc.*

Soggiungeremo le Litanie, accoppiando i nostri cuori all' umile divozione, con cui la Chiesa santa forma alla Beatissima Vergine degna corona di eccelsi titoli, al di lei merito convenevoli ; e dimanderemo a Dio per i meriti ed intercessione della sua, e nostra tenerissima Madre, la conversione di qualche ostinato peccatore avanti del Santo Natale, ed insieme grazia a noi tutti di disporci a questa grande solennità con vari atti di virtù, accompagnati da un fermo proponimento di non più staccarci da Dio con la colpa ; sperando in cotal guisa, che il Divin Pargoletto si degnerà di rinascere in noi spiritualmente, e darci la fortuna di amarlo sempre in questa vita per poi goderlo eternamente nel Cielo.

Deinde dicuntur Litaniae *pag. 10.*

Quibus finitis

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde ; ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre : ut per auxilium gratiae

tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per B. Mariae Virginis partum Fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super omnes famulas tuas, ut ab omni periculo animae, et corporis tempore partus liberentur; et praesta; ut post hanc vitam, ejusdem B. Mariae meritis, et intercessione, ad aeternae beatitudinis gaudia cum filiis suis pervenire mereantur.

Deinde Pro Papa *etc. ut pag. 12.*

ULTIMA ANNI DIE

PRO GRATIARUM ACTIONE

HYMNUS

Te Deum laudamus: * te Dominum confitemur.
Te aeternum Patrem * omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, * tibi coeli, et universae potestates:
Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt coeli et terra * majestatis gloriae tuae.
Te gloriosus * Apostolorum chorus:
Te Prophetarum * laudabilis numerus:
Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.
Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia:

Patrem * immensae majestatis:
Venerandum tuum verum: * et unicum Filium:
Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.
Tu Rex * gloriae, Christe.
Tu Patris * sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginis uterum.
Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna coelorum.
Tu ad dexteram Dei sedes, * in gloria Patris.
Judex crederis * esse venturus.
Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, * quos pretioso Sanguine redemisti.
Aeterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum Domine, * et benedic haereditati tuae.
Et rege eos, * et extolle illos usque in aeternum.
Per singulos dies * benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in saeculum, * et in saeculum saeculi.
Dignare Domine die isto * sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine, * miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos, * quemadmodum speravimus in te.
In te, Domine speravi: * non confundar in aeternum.

℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.
℟. Et laudabilis, et gloriosus in saecula.
℣. Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu.
℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.
℣. Benedictus es Domine Deus in firmamento caeli.
℟. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.
℣. Benedic anima mea Domino.
℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus : piissimae majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes ; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum : pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus ; te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Quando Hymnus Te Deum *sine Processione cantatur, S. R. C. in Veronen. 11 Sept. 1847, declaravit sufficere :*

℣. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu.
℟. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.
℣. Benedictus es Domine in firmamento coeli.
℟. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus cujus misericordiae etc. *tantummodo.*

PRIMA DIE IANUARII

AD INVOCANDUM DIVINUM AUXILIUM

HYMNUS

Veni Creator Spiritus:
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.

Omnes surgant.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus paternae dexterae,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te praevio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium :
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In saeculorum saecula. Amen.

Haec conclusio nunquam variatur. Dec. S. R. C. 20 Iunii 1899.

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terrae.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



AD SACRATISSIMUM COR IESU

PRECES RECITANDAE

IN UNA VEL ALTERA EX SEXTIS FERIIS CUJUSCUMQUE MENSIS

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

Reciteremo cinque *Pater, Ave* e *Gloria* in onore di Gesù Cristo Sacramentato, ricordando i principali dolori che il suo Divin Cuore sentì alla considerazione delle ingiurie, e dei mali trattamenti, che avrebbe ricevuto nel mondo dai figliuoli degli uomini nella Santissima Eucaristia.

Nel primo dolore contempleremo gli affanni, che patì il Sacratissimo Cuore di Gesù Cristo, pensando alla freddezza ed alla insensibilità dei futuri Cristiani, che l' avrebbero lasciato nell' Eucaristia solo, senza onore, e senza adoratori: e lo pregheremo che accenda i nostri cuori della sua divina Carità per modo che il nostro maggior piacere sia di stare nelle Chiese dinanzi al SS. Sacramento.
Pater, Ave, Gloria.

Nel secondo dolore contempleremo gli affanni, che patì il Sacratissimo Cuore di Gesù Cristo, pensando alle gravissime ingiurie che avrebbe ricevuto da' Cristiani indivoti allorchè il suo Santissimo Corpo, coperto dall' Eucaristica nube, si doveva esporre alle adorazioni del popolo e recarsi nelle Processioni in trionfo ; e lo pregheremo che si degni d' in-

fonderci un santo timore e tremore della sua presente Divinità, assisa in trono sopra l'Altare, e trionfante per le nostre contrade.

Pater, Ave, Gloria.

Nel terzo dolore contempleremo gli affanni, che patì il Sacratissimo Cuore di Gesù Cristo, pensando alla scandalosa irreligiosità, con cui si sarebbe offerta e ascoltata da' Cristiani la Santa Messa; e lo pregheremo che ci riempia l'animo di tanta compunzione che assistiamo all' incruento Sacrifizio della Messa con quella medesima divozione, che assistito avremmo, se fossimo stati presenti al sanguinoso Sacrifizio, che Gesù Cristo fece di se medesimo sopra il Calvario.

Pater, Ave, Gloria.

Nel quarto dolore contempleremo gli affanni, che patì il Sacratissimo Cuore di Gesù Cristo, pensando a Giuda e a tutti coloro che con incredibile audacia si sarebbero accostati a riceverlo indegnamente nella Santissima Comunione; e lo pregheremo che ci dia un tale orrore alla colpa, che più presto ci eleggiamo di morire, che acconsentire giammai ad alcun peccato mortale per cui siamo separati dall' amicizia di Dio e dalla partecipazione della Divina sua Mensa.

Pater, Ave, Gloria.

Nel quinto ed ultimo dolore contempleremo gli affanni, che patì il Sacratissimo Cuore di Gesù Cristo, pensando alle orrende bestemmie che il Gentile, il perfido Ebreo, e l'ostinato Eretico avrebbero vomitato contro la sua reale presenza nel SS. Sacramento; e lo pregheremo che ci stabilisca sempre più nella Fede di quanto la Cattolica Chiesa insegna intorno alla Santissima Eucaristia, onde siamo pronti a dare per essa il sangue e la vita in testimonio di Gesù Cristo.

Pater, Ave, Gloria.

Oh a quali eccessi di amore vi ha spinto, amabilissimo mio Gesù, la infinita Carità vostra, l' amabilissimo vostro Cuore! Voi delle vostre Carni, del preziosissimo Sangue vostro apprestata mi avete una Mensa divina per donarmi tutto Voi stesso! O carità infinita, o dolcissimo Cuore del mio Gesù! Voi siete infinitamente amabile. Io mi do per vinto, mi dichiaro vostro, e voglio amarvi con tutto il mio cuore, con tutta la mia anima, e con tutte le mie forze. Tardi, ahi troppo tardi io incomincio ad amarvi! infelice quel tempo che ho speso nell' amare altri che Voi! Mi pento o Gesù, d' avervi fatto un torto così manifesto. Ora io sono risoluto di vivere e di morire solo per amar voi, Bene infinito, e solo degno d' essere amato.

Accettate, o Gesù, in pegno della mia volontà risoluta questa offerta di lode e di adorazione, che io vi presento nella Santissima Eucaristia, in riparazione di tutte le innumerabili ingiurie, che avete finora ricevute nel mondo, e siete risoluto di voler ricevere sino alla consumazione dei secoli per nostro amore.

HYMNUS

Cor, Arca legem continens
Non servitutis veteris,
Sed gratiae, sed veniae,
Sed et misericordiae.

Cor, Sanctuarium novi
Intemeratum Foederis,
Templum vetusto sanctius,
Velumque scisso utilius.

Te vulneratum Charitas
Ictu patenti voluit,
Amoris invisibilis
Ut veneremur vulnera.

Hoc sub amoris symbolo
Passus cruenta et mystica,
Utrumque sacrificium
Christus Sacerdos obtulit.

Quis non amantem redamet ?
Quis non redemptus diligat,
Et corde in isto seligat
Aeterna tabernacula ?

Decus Parenti, et Filio,
Sanctoque sit Spiritui,
Quibus potestas, gloria,
Regnumque in omne est saeculum. Amen.

℣. Vere languores nostros ipse tulit.
℟. Et dolores nostros ipse portavit.

OREMUS

Domine Iesu, qui ineffabiles Cordis tui divitias Ecclesiae Sponsae tuae singulari dilectionis beneficio aperire dignatus es : concede propitius, ut gratiis coelestibus ex hoc dulcissimo fonte manantibus corda nostra ditari, ac recreari mereantur. Qui vivis et regnas in saecula etc.

AD SS. COR IESU ALIAE PRECES

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

I. Amorosissimo mio Gesù, al riflettere sul vostro buon Cuore e vederlo tutto pietà e dolcezza pei peccatori, mi

sento rallegrare il mio e colmar di fiducia d' essere da Voi ben accolto. Ahimè ! quanti peccati ho commessi ! Ma ora qual Pietro e qual Maddalena dolente li piango e detesto, perchè sono offesa di Voi sommo Bene. Sì, sì, concedetemene il perdono : ed oh ! muoia io vel chieggo pel vostro buon Cuore, muoia prima che offendervi, e certo viva sol per riamarvi.

Un *Pater* e cinque *Gloria*.

Dolce Cuor del mio Gesù,
Fa che io t'ami sempre più.

II. Benedico, Gesù mio, l' umilissimo vostro Cuore e vi ringrazio, che nel darmelo per esemplare, non solo con forti premure mi eccitate ad imitarlo, ma a costo pur di tante vostre umiliazioni me ne additate ed appianate la via. Folle che fui ed ingrato ! Ah quanto traviai ! Perdonatemi. Non più superbia, ma con umil cuore tra umiliazioni seguir voglio Voi, e conseguir pace e salute. Avvaloratemi Voi, e benedirò in eterno il vostro Cuore.

Un *Pater* e cinque *Gloria*. — Dolce Cuor *etc.*

III. Ammiro, Gesù mio, il pazientissimo vostro Cuore, e vi ringrazio dei tanti maravigliosi esempi d' invitta sofferenza a noi lasciati. Mi dispiace, che indarno mi rimproverano la strana mia delicatezza insofferente d' ogni piccola pena. Ah ! Gesù mio caro, infondetemi nel cuore fervido e costante amore alle tribolazioni, alle croci, alla mortificazione, alla penitenza, acciocchè seguendovi al Calvario giunga con Voi alla gloria in Paradiso.

Un *Pater* e cinque *Gloria*. — Dolce Cuor *etc.*

IV. Innanzi al mansuetissimo vostro Cuore, caro Gesù, io m' inorridisco del mio sì diverso dal Vostro. Pur troppo

io ad un' ombra, ad un gesto, ad una parola in contrario m' inquieto e lamento. Deh! perdonate i miei trasporti e datemi grazia d' imitar nell' avvenire in qualunque contrarietà l' inalterabile vostra mansuetudine, e così godere perpetua santa pace.

Un *Pater* e cinque *Gloria.* — Dolce Cuor *etc.*

V. Si cantino pur lodi, o Gesù, al generosissimo vostro Cuore vincitor della morte e dell' inferno, che ben se le merita tutte. Io resto più che mai confuso al veder il mio sì pusillanime, che teme di qualunque diceria ed umano rispetto; ma non sarà più così. Da Voi imploro sì coraggiosa forza, che combattendo e vincendo in terra, trionfi poi lieto con Voi in Cielo.

Un *Pater* e cinque *Gloria.* — Dolce Cuor *etc.*

Volgiamoci a Maria consecrandoci vieppiù a Lei, e confidando nel materno suo Cuore diciamole:

Per gli alti pregi del vostro Cuore dolcissimo impetratemi, o gran Madre di Dio e Madre mia, Maria, vera e stabile divozione al Sacro Cuore di Gesù vostro Figliuolo; onde io in esso racchiuso coi miei pensieri ed affetti adempia tutti i miei doveri, e con alacrità di cuore serva sempre, ma specialmente in questo giorno a Gesù.

℣. Cor Iesu flagrans amore nostri,

℟. Inflamma cor nostrum amore tui.

OREMUS

Illo nos igne, quaesumus Domine, Spiritus Sanctus inflammet, quem Dominus noster Iesus Christus e penetralibus Cordis sui misit in terram, et voluit vehementer accendi. Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

PRECES
AD EXPIANDAS BLASPHEMIAS RECITANDAE

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

Prostrati profondamente al Trono della Maestà Vostra infinita, al cospetto della gran Madre di Dio e di tutta la corte celeste Vi offriamo questo serto di laudi e di benedizioni in risarcimento delle tante e sì gravi ingiurie che vi si fanno ora più che mai colle bestemmie, e col più turpe ed osceno parlare. Gradite, o Signore, ve ne preghiamo, questo umile omaggio che vi porgiamo in unione alle laudi e benedizioni che vi danno i beati comprensori in Cielo, le anime giuste in terra. E movetevi a pietà di noi che sbigottiti all' aspetto di un mondo sì reo e perverso, temiamo i tremendi castighi della giusta ira Vostra.

Diciamo dunque tutti concordemente col più vivo affetto del cuore:

« Dio sia benedetto ».

Si ripete dal popolo, e così in tutte le altre benedizioni.

1. Oh si veramente Voi solo, o gran Dio, siete degno d' ogni laude e benedizione; poichè Voi solo siete quello che siete, e il principio e il fine d'ogni altra cosa esistente fuori di Voi. Noi siamo un nulla al Vostro cospetto, eppur quanti fra noi vi disconoscono, e con una lingua sacrilega ed immonda Vi fanno oltraggio sì grave. Deh, o Signore che

non siete men grande nella Maestà che nella Misericordia, perdonate a questi sciagurati, che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà. — *Gloria Patri etc.*

« Bestemmie mai più, son tanti coltelli al Cuor di Gesù ». *Si canta dal popolo.*

« Benedetto il suo Santo Nome ».

2. Oh Nome che niuno de' celesti osa pronunziare: tanto egli è Santo e tremendo « Sanctum et terribile nomen Domini ». Eppure tra i vilissimi abitatori della terra tanti osano proferirlo invano e senza rispetto di sorta. Ma ciò che giunge al colmo della baldanza si è, che un Nome sì santo e tremendo venga da tanti ancor bestemmiato. Deh o Signore d' infinita bontà, perdonate a questi insensati che non sanno quello che si fanno, ed abbiate di noi pietà.
Gloria etc. — Bestemmie *etc.*

« Benedetto Gesù Cristo vero Dio e vero uomo ».

3. Ah sì, caro ed adorato Redentore, noi vi riconosciamo quale siete veramente in unità di persona Vero Dio e Vero Uomo: e però ben degno che tutte le creature vi professino il massimo rispetto ed amore. Ma che? anche fra i credenti vi sono degl' increduli che vi disconoscono, dei profani che vi spregiano, degli empi e perversi che vi bestemmiano. Deh Gesù, per l' infinita amabilità del paterno Vostro cuore rinnovate per costoro la prece che faceste sulla Croce: perdonate loro che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà. — *Gloria etc.* — Bestemmie *etc.*

« Benedetto il Nome di Gesù ».

4. Oh Nome che è sopra ogni nome, al cui dolce suono si rallegrano gli Angeli, si confortano i miseri figli di Eva,

e s' inabissano sbigottite le infernali podestà. E un nome tale dovrà essere gittato nel fango e vilipeso con orrenda bestemmia? Deh Gesù caro, vincete colla dolcezza del Vostro Nome, vincete l'amarezza del perfido loro cuore e perdonate loro che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà. — *Gloria etc.* — Bestemmie *etc.*

« Benedetto Gesù nel Santissimo Sacramento dell'Altare ».

5. Ah sì veramente sopra questo altare Voi alzaste il trono della infinita Vostra Carità, e date all' uomo misero ed ingrato le prove estreme del più degnevole ed appassionato amore del Vostro Cuore divino. Eppure chi il crederebbe? questo stesso Sacramento di amore diverrà per tanti il bersaglio di sacrilegi senza numero, e delle onte più detestabili. Deh Gesù! colle fiamme dell' amante Vostro Cuore distruggete ed annientate la costoro durezza e perfidia, e perdonate loro che non sanno quel che si fanno: ed abbiate di noi pietà. — *Gloria etc.* — Bestemmie *etc.*

« Benedetta la gran Madre di Dio Maria SS.ma ».

6. Sarà dunque vero che Voi, Maria, che pur siete sì grande per la divina Maternità, sì venerabile per l' ineffabile Vostra santità, sarà vero che si trovino fra gli uomini cuori così snaturati e perversi che osino ingiuriarvi con ogni sorta di villanie ed improperi? Ah sì che purtroppo non mancano perfidi così esecrandi. Deh o Maria, compatite la costoro insipienza e perfidia, e perdonate loro che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà.
Gloria etc. — Bestemmie *etc.*

« Benedetta la sua Santa ed Immacolata Concezione ».

7. Per questo singolarissimo privilegio Voi foste o Maria

chiamata dall'Arcangelo Gabriele piena di grazia e benedetta fra le donne. Per questo Voi siete tutta bella e senza macchia. Per questo il serpente infernale schiacciato dal Vostro piede trionfale restò sconfitto. Eppur si daranno uomini così perversi che osino gettarvi sul volto gli sfregi più rei ed inverecondi! Ah Maria, sì troppo è grave l'onta che vi fanno; pur questo stesso ben mostra che non sanno costoro quello che si fanno, e però perdonate loro: ed abbiate di noi pietà.
Gloria etc. — Bestemmie *etc.*

« Benedetto il Nome di Maria Vergine e Madre ».

8. Deh quanto è mai dolce ed ammirabile il Nome Vostro o Maria, che siete ad un tempo Vergine e Madre! Chi oserà dispregiarlo? chi vilipenderlo? anzi chi non l'avrà sempre sulle labbra? chi nol porterà scolpito profondamente nel cuore? Eppure questo stesso Nome che è della più tenera di tutte le madri, verrà da tanti ingrati figli dilegiato e vilipeso? Non guardate o Maria, alla costoro indegnità, ma alle viscere materne del Vostro bel Cuore, e così perdonate loro che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà. — *Gloria etc.* — Bestemmie *etc.*

« Benedetto Iddio nei suoi Angeli e nei suoi Santi ».

9. E ne siete ben degno Voi che siete il Santo dei Santi; giacchè questi sono l'opera magnifica e meravigliosa dell'onnipotente Vostra destra, e di quella infinita bontà e sapienza con cui li formaste; e però sono a Voi sì cari, e ne traete tanta gloria ed onore. Eppure questi ancora non sono risparmiati dalle lingue blasfeme, e divengono oggetto di ludibrio e di scherno per l'uomo perverso e bestiale. Deh cari Angeli e voi Santi benedetti, imitando le viscere mise-

ricordiose del Vostro Dio impetrate loro il perdono, che non sanno quello che si fanno: ed abbiate di noi pietà.

Gloria etc. — Bestemmie *etc.*

Omnes Sancti Angeli et Archangeli, et omnes Sancti et Sanctae Dei intercedite pro nobis.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu;
℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Iesum vocari jussisti: concede propitius; ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in coelis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



PRECES

SEPTEM CONTINUIS DOMINICIS RECITANDAE

IN HONOREM S. IOSEPHI SP. B. M. V.

vel per novem dies immediate praecedentes utramque ejus solemnitatem

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

O Sposo purissimo di Maria SS., glorioso S. Giuseppe, siccome fu grande il travaglio e l'angustia del vostro Cuore nella perplessità di abbandonare la vostra illibatissima Sposa, così fu inesplicabile l'allegrezza, quando dall'Angelo vi fu rivelato il mistero sovrano della Incarnazione.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza vi preghiamo di consolare ora e negli estremi dolori l'anima nostra coll'allegrezza di una buona vita e di una santa morte somigliante alla vostra in mezzo di Gesù e di Maria.

Pater, Ave, Gloria.

O felicissimo Patriarca, glorioso S. Giuseppe, che trascelto foste all'ufficio di Padre putativo dell'umanato Verbo, il dolore che sentiste nel veder nascere con tanta povertà il Bambino Gesù, vi si cambiò subito in giubilo celeste nell'udire l'armonia angelica, e nel vedere le glorie di quella risplendentissima notte.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza vi supplichiamo d'impetrarci, che dopo il cammino di questa

vita ce ne passiamo ad udire le lodi angeliche, ed a godere gli splendori della celeste gloria.

Pater, Ave, Gloria.

O esecutore obbedientissimo delle divine leggi, glorioso S. Giuseppe, il Sangue preziosissimo, che sparse nella Circoncisione il Bambino Redentore vi trafisse il cuore, ma il Nome di Gesù ve lo ravvivò riempiendolo di contento.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza otteneteci, che tolto da noi ogni vizio in vita, col Nome santissimo di Gesù nel cuore e nella bocca giubilando spiriamo.

Pater, Ave, Gloria.

O felicissimo Santo, che a parte foste dei misteri della nostra Redenzione, glorioso S. Giuseppe, se la profezia di Simeone di ciò, che Gesù e Maria erano per patire vi cagionò spasimo di morte, vi ricolmò ancora di un beato godimento per la salute e gloriosa risurrezione, che insieme predisse dover seguire di innumerabili anime.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza impetrateci, che noi siamo nel numero di quelli, che pei meriti di Gesù e ad intercessione della Vergine Madre, hanno da risorgere gloriosamente.

Pater, Ave, Gloria.

O vigilantissimo Custode familiare intrinseco dell' Incarnato Figliuolo di Dio, glorioso S. Giuseppe, quanto penaste in sostenere e servire il Figlio dell'Altissimo, particolarmente nella fuga che doveste fare in Egitto; ma quanto ancora gioiste avendo sempre con voi lo stesso Dio, e vedendo cadere a terra gl' idoli Egiziani.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza impetrateci, che tenendo da noi lontano il tiranno infernale,

specialmente colla fuga delle occasioni pericolose, cada dal nostro cuore ogni idolo di affetto terreno ; e tutti impiegati nel servire a Gesù ed a Maria per loro solamente da noi si viva e felicemente si muoia.

Pater, Ave, Gloria.

O Angelo della terra, glorioso S. Giuseppe, che a' vostri cenni ammiraste soggetto il Re del Cielo, se la consolazione vostra nel ricondurlo dall' Egitto intorbidossi al timore di Archelao, assicurato nondimeno dall'Angelo, lieto con Gesù e Maria dimoraste in Nazareth.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza impetrateci, che da timori nocivi sgombrando il nostro cuore, godiamo pace di coscienza, e sicuri viviamo con Gesù e Maria, e fra loro ancora moriamo.

Pater, Ave, Gloria.

O esemplare d'ogni santità, glorioso S. Giuseppe, smarrito che aveste senza vostra colpa il fanciullo Gesù, per maggior dolore tre giorni lo cercaste, finchè con sommo giubilo godeste della vostra Vita, ritrovata nel Tempio fra i dottori.

Per questo vostro dolore, e per questa vostra allegrezza vi supplichiamo col cuore sulle labbra ad interporvi onde non ci avvenga mai di perdere con colpa grave Gesù : ma se per somma disgrazia lo perdessimo, fate che tanto con indefesso dolore lo ricerchiamo, finchè favorevole lo ritroviamo, particolarmente nella nostra morte, per passare a goderlo in Cielo ed ivi con Voi in eterno cantare le sue divine misericordie.

Pater, Ave, Gloria.

Antifona. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur Filius Joseph.

℣. Ora pro nobis, Sancte Ioseph.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Deus qui ineffabili providentia beatum Joseph Sanctissimae Genitricis tuae Sponsum eligere dignatus es, praesta quaesumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.



PRECES

IN HONOREM B. M. V. PERDOLENTIS

INCOHANDAE IN DOMINICA SEXAGESIMAE
USQUE AD DIEM CINERUM EXCLUSIVE

℣. Deus, in adiutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quell' afflizione che il vostro tenero Cuore soffrì nella profezia del vecchio Simeone. Cara Madre, pel vostro Cuore così afflitto impetratemi la virtù dell' umiltà, e il dono del santo Timor di Dio. *Ave Maria.*

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quelle angustie, che il vostro sensibilissimo Cuore soffrì nella fuga e dimora

in Egitto. Cara Madre, pel vostro Cuore tanto angustiato impetratemi la virtù della liberalità specialmente verso dei poveri, e il dono della Pietà.

Ave Maria.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quegli affanni, che il sollecito Cuor vostro provò nella perdita del vostro caro Gesù. Cara Madre, pel vostro Cuore siffattamente agitato impetratemi la virtù della Castità, e il dono della Scienza.

Ave Maria.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quella costernazione, che il vostro materno Cuore sentì nell' incontrare Gesù che portava la Croce. Cara Madre, per l' amoroso vostro Cuore in tal guisa travagliato, impetratemi la virtù della Pazienza e il dono della Fortezza.

Ave Maria.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quel martirio, che il vostro Cuor generoso sostenne nell' assistere a Gesù agonizzante. Cara Madre, pel Cuor vostro in tal maniera martirizzato, impetratemi la virtù della Temperanza e il dono del Consiglio.

Ave Maria.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quella ferita, che il pietoso Cuor vostro soffrì nella lanciata, che squarciò il Costato di Gesù e ferì l'amabilissimo suo Cuore. Cara Madre, pel vostro Cuore in tal maniera trafitto, impetratemi la virtù della Carità fraterna e il dono dell' Intelletto.

Ave Maria.

Vi compatisco, Addolorata Maria, per quello spasimo, che l' amantissimo vostro Cuore sperimentò nella sepoltura

di Gesù. Cara Madre, pel vostro Cuore in estremo rammaricato, impetratemi la virtù della Diligenza e il dono della Sapienza. — *Ave Maria.*

Stabat Mater dolorosa,
Juxta Crucem lacrimosa,
Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem,
Contristatam et dolentem
Pertransivit gladius.

O quam tristis et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti !

Quae moerebat et dolebat,
Pia Mater dum videbat
Nati poenas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio ?

Quis non posset contristari
Christi Matrem contemplari
Dolentem cum Filio ?

Pro peccatis suae gentis
Vidit Jesum in tormentis,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriendo desolatum,
Dum emisit spiritum.

Eja Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam.

Sancta Mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.

Tui Nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Poenas mecum divide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

Juxta Crucem tecum stare,
Et me tibi sociare
In planctu desidero.

Virgo virginum praeclara,
Mihi jam non sis amara,
Fac me tecum plangere.

Fac, ut portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,
Fac me cruce inebriari,
Et eruore Filii.

Flammis ne urar succensus,
Per te, Virgo, sim defensus
In die judicii.

Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriae.

Quando corpus morietur,
Fac ut animae donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosissima.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Interveniat pro nobis, quaesumus Domine Iesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora tuae Passionis doloris gladius pertransivit. Per Te, Iesu Christe Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas ecc. ℟. Amen.



IN DOMINICIS

ET FERIIS QUADRAGESIMAE

Miserere mei Deus : * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum : * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam : * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri etc.

Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum.

PRECES

SEX CONTINUIS DOMINICIS RECITANDAE

IN HONOREM S. ALOISII GONZAGAE

vel per novem dies immediate praecedentes ejus solemnitatem

℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri etc.

Vi supplico, o illibatissimo s. Luigi, per l' amabile vostra purità, a darmi brama d' imitarvi in questa angelica virtù, vincendo tutte le occasioni di macchiarla: talchè la serbi inviolabile fino a giungere alla celeste beatitudine promessa agl' innocenti e mondi di cuore.

Pater, Ave, Gloria.

Vi supplico, amabilissimo s. Luigi, per la severa vostra penitenza e per la custodia de' vostri sensi, ad ottenermi un odio santo contro di me medesimo e del mio corpo; onde mortificando i miei sensi, li faccia servire a strumento per onorare, non mai per oltraggiare la divina Maestà.

Pater, Ave, Gloria.

Vi supplico, o gloriosissimo s. Luigi, per la vittoria da voi ottenuta sulle vostre passioni, ad impetrarmi coraggio, onde domare le mie, e specialmente quella che più mi predomina; per cui mortificata e vinta, io meriti d' essere, come voi, coronato di gloria immortale.

Pater, Ave, Gloria.

Vi supplico, religiosissimo s. Luigi, per l' ubbidienza vostra sì esatta alle regole dell' istituto vostro ed agli ordini de' vostri superiori, ed ottenetemi grazia di osservare la legge di Dio e gli obblighi del mio stato ; onde, facendo la volontà di Dio qui in terra, meriti di farla eternamente in compagnia vostra anche in cielo.

Pater, Ave, Gloria.

Vi supplico, o umilissimo s. Luigi, pel disprezzo che aveste delle vanità del mondo, mettendovi sotto dei piedi ogni umano rispetto, ad impetrarmi il distacco dai beni della terra e noncuranza delle dicerie del mondo ; onde camminare possa con fervore e perseveranza sul sentiero dei divini voleri, e godere della perfetta libertà dei figliuoli di Dio.

Pater, Ave, Gloria.

Vi supplico per ultimo, o caro s. Luigi, a coronare tutte le vostre grazie con questa che è la massima che vi chieggo, d' impetrarmi dal Signore un atto perfetto d' amor di Dio particolarmente nel punto estremo della mia vita, come lo aveste voi onde assicuri la grazia della perseveranza finale, e anticipi in terra quel che desidero e spero di fare beatamente nel cielo, cioè d' amare il mio Dio con tutta la perfezione per tutta l' eternità, e così sia.

Pater, Ave, Gloria.

HYMNUS

qui etiam ommitti potest.

Infensus hostis gloriae
Omnisque culpae nescius
Et mollis osor curiae
Laudetur Aloisius.

Primis ab incunabulis
Piae loquelae semina
Castis fluunt labellulis
Jesu et Mariae nomina.

Summo sacer jam Numini
Curas profanas abdicat,
Et se decennis Virgini
Per castitatem dedicat.

Deo trahente caelitus,
Sic mente pergit vivere,
Ut carnis expers spiritus,
Vel angelus cum corpore.

Non hunc honores saeculi,
Non magna tangunt nomina,
Non aulici, non servuli,
Non cara gentis agmina.

Sed haec habens despectui,
Sacrisque captus gaudiis,
Adjunctus almo coetui
Christi meret stipendiis.


Illo nihil perfectius,
Nihil fuit constantius:
Omni carens labecula
Fit sanctitatis regula.

Uni ter almo Numini,
Sanctoque Jesu nomini,
Sit laus, decus, dilectio,
Sit laus et Aloisio. Amen.

℣. Ora pro nobis, Sancte Aloisi.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS

Coelestium donorum distributor Deus, qui in Angelico juvene Aloisio miram vitae innocentiam pari cum poenitentia sociasti; ejus meritis et precibus concede, ut, innocentem non secuti, poenitentem imitemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



PRECES NOVENDIALES
IN HONOREM SPIRITUS SANCTI
incohandae feria sexta post Ascensionem D. N. I. Christi

Dicuntur septem Pater, Ave et Gloria *vel sequentes preces:*

Venite, o Spirito di sapienza, ad illuminare il mio cuore, affinchè io impari ad apprezzare ed amare i beni celesti e a preporli a tutti i beni terreni, e mostratemi la via di conseguirli e possederli eternamente.
Pater noster ecc.

Venite, o Spirito d' intelligenza, e illuminate l' anima mia, affinchè chiaramente conosca tutti i misteri della salute e li creda di tutto cuore sicchè sia fatto degno di vedere un giorno nella vostra luce la vita eterna e di pervenire alla cognizione perfetta di Voi, del Padre e del Figliuolo.
Pater noster ecc.

Venite, o Spirito del consiglio, ed assistetemi in tutte le circostanze di questa variabile vita. Inclinate il mio cuore al bene, tenetelo lontano dal male e guidatemi per la retta strada dei vostri comandamenti al sospirato fine dell' eterna salute. — *Pater noster ecc.*

Venite, o Spirito di fortezza, donate al mio cuore fortezza, tenetelo pronto ad ogni contrasto ed avversità e datemi forza contro gli assalti del nemico, sicchè giammai vi soccomba, nè sia mai, o Dio, mio supremo bene da voi separato. — *Pater noster ecc.*

Venite, o Spirito di scienza, e moderate la mia brama di sapere, affinchè io nulla cerchi di apprendere e di conoscere che mi sia dannoso ed inutile. Datemi però un ardente desiderio di conoscere, di imparare e di sempre meglio praticare la mia Religione e i doveri del mio stato.
Pater noster ecc.

Venite, o Spirito di pietà, e infondete nel mio cuore una pietà vera e un amor santo del Signore mio Dio, sicchè io lo cerchi sempre in ogni mia divozione e lo ritrovi nella vera carità. — *Pater noster ecc.*

Venite, o Spirito del timor di Dio, e trapassate il mio cuore col vostro santo timore, affinchè voi, o mio Signore, e mio Dio, io abbia sempre davanti agli occhi, e fugga sempre ciò che dispiacer potrebbe agli occhi purissimi della vostra divina maestà. — *Pater noster ecc.*

Deinde: Veni Creator Spiritus *pag. 31.*

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terrae.

℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum.



ANNIVERSARIUM
CONSECRATIONIS SS. CORDI IESU

peragendum in Dominica post Octavam SS. Corporis Christi

O Gesù dolcissimo, o Redentore del genere umano, riguardate a noi umilmente prostesi dinanzi al vostro altare. Noi siamo vostri, e vostri vogliamo essere; e per poter vivere a voi più strettamente congiunti, ecco che ognuno di noi oggi spontaneamente si consacra al vostro Sacratissimo Cuore. — Molti purtroppo non vi conobbero mai; molti, disprezzando i vostri comandamenti vi ripudiarono. O benignissimo Gesù abbiate misericordia e degli uni e degli altri, e tutti quanti attirate al vostro Cuore santissimo. O Signore, siate il re non solo dei fedeli che non si allontanarono mai da voi, ma anche di quei figli prodighi che vi abbandonarono; fate che questi quanto prima ritornino alla casa paterna, per non morire di miseria e di fame. Siate il re di

coloro che vivono nell' inganno dell' errore o per discordia da voi separati; richiamateli al porto della verità, all' unità della fede, affinchè in breve si faccia un solo ovile sotto un solo pastore. Siate il re finalmente di tutti quelli che sono avvolti nelle superstizioni del gentilesimo, e non ricusate di trarli dalle tenebre al lume e al regno di Dio. Largite, o Signore, incolumità e libertà sicura alla vostra Chiesa, largite a tutti i popoli la tranquillità dell' ordine: fate che da un capo all' altro della terra risuoni quest' unica voce: sia lode a quel Cuore Divino da cui venne la nostra salute; a lui si canti gloria e onore nei secoli. Così sia.

LITANIAE DE SACRO CORDE IESU

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de coelis Deus, miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus, miserere.
Spiritus Sancte Deus, miserere.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere.
Cor Iesu, Filii Patris aeterni, miserere.
Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum, miserere.
Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter unitum, miserere.
Cor Iesu, Maiestatis infinitae, miserere.
Cor Iesu, Templum Dei sanctum, miserere.
Cor Iesu, Tabernaculum Altissimi, miserere.
Cor Iesu, Domus Dei et porta coeli, miserere.
Cor Iesu, fornax ardens caritatis, miserere.

Cor Iesu, iustitiae et amoris receptaculum, miserere nobis.
Cor Iesu, bonitate et amore plenum, miserere.
Cor Iesu, virtutum omnium abyssus, miserere.
Cor Iesu, omni laude dignissimum, miserere.
Cor Iesu, rex et centrum omnium cordium, miserere.
Cor Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, miserere.
Cor Iesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, miserere.
Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere.
Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus, miserere.
Cor Iesu, desiderium collium aeternorum, miserere.
Cor Iesu, patiens et multae misericordiae, miserere.
Cor Iesu, dives in omnes qui invocant Te, miserere.
Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis, miserere.
Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris, miserere.
Cor Iesu, saturatum opprobriis, miserere.
Cor Iesu, attritum propter scelera nostra, miserere.
Cor Iesu, usque ad mortem obediens factum, miserere.
Cor Iesu, lancea perforatum, miserere.
Cor Iesu, fons totius consolationis, miserere.
Cor Iesu, vita et resurrectio nostra, miserere.
Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra, miserere.
Cor Iesu, victima peccatorum, miserere.
Cor Iesu, salus in Te sperantium, miserere.
Cor Iesu, spes in Te morientium, miserere.
Cor Iesu, deliciae Sanctorum omnium, miserere.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

℣. Iesu mitis et humilis corde.
℟. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit iisque misericordiam tuam petentibus, tu veniam concede placatus in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

LITANIAE SANCTORUM ET PRECES

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.

Pater de caelis Deus,	miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,	miserere.
Spiritus Sancte Deus,	miserere.
Sancta Trinitas unus Deus,	miserere.
Sancta Maria,	ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix,	ora.
Sancta Virgo Virginum,	ora.
Sancte Michael,	ora.
Sancte Gabriel,	ora.
Sancte Raphael,	ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli,	orate.
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines,	orate.
Sancte Joannes Baptista,	ora.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes sancti Patriarchae et Prophetae,	orate pro nobis.
Sancte Petre,	ora.

Sancte Paule,	ora pro nobis.
Sancte Andrea,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomaee,	ora.
Sancte Matthaee,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thaddaee,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistae,	orate.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane,	orate.
Sancti Joannes et Paule,	orate.
Sancti Cosma et Damiane,	orate.
Sancti Gervasi et Protasi,	orate.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Sylvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronyme,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Omnes sancti Pontifices et Confessores,	orate.

Omnes sancti Doctores,	orate pro nobis.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Francisce,	ora.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitae,	orate.
Omnes sancti Monachi et Eremitae,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Caecilia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Omnes sanctae Virgines et Viduae,	orate.
Omnes Sancti et Sanctae Dei,	intercedite pro nobis.
Propitius esto,	parce nobis Domine.
Propitius esto,	exaudi nos Domine.
Ab omni malo,	libera nos Domine.
Ab omni peccato,	libera.
Ab ira tua,	libera.
A subitanea et improvisa morte,	libera.
Ab insidiis diaboli,	libera.
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,	libera.
A spiritu fornicationis,	libera.
A fulgure et tempestate,	libera.
A flagello terraemotus,	libera.
A peste, fame, et bello,	libera.
A morte perpetua,	libera.
Per mysterium sanctae Incarnationis tuae,	libera.
Per Adventum tuum,	libera.
Per Nativitatem tuam,	libera.
Per Baptismum, et sanctum Jejunium tuum,	libera.

Per Crucem et Passionem tuam, libera.
Per Mortem et Sepulturam tuam, libera.
Per sanctam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per adventum Spiritus Sancti Paracliti, libera.
In die judicii, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, Te rogamus.
Ut nobis indulgeas, Te rogamus.
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conservare digneris, Te rogamus.
Ut Domnum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta religione conservare digneris, Te rogamus.
Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris, Te rogamus.
Ut Regibus et Principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris, Te rogamus.
Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, Te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris, Te rogamus.
Ut mentes nostras ad caelestia desideria erigas, Te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, Te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias, Te rogamus.
Ut fructus terrae dare, et conservare digneris, Te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, Te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, Te rogamus.
Fili Dei, Te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Pater noster, *secreto*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

Deus in adjutorium meum intende : * Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur, et revereantur, * qui quaerunt animam meam :

Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui volunt mihi mala :

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te, * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, et pauper sum : * Deus, adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu : * Domine ne moreris.

Gloria Patri, *etc.*

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℣. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice nostro *N.*

℟. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

℣. Oremus pro benefactoribus nostris.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem aeternam dona eis Domine et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro *N.*, et dirige cum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae: ut, te donante, tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si hae preces et sequentes dicuntur in Processionibus, concluditur: Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum etc. *et postea dicitur:*

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.
℟. Amen.
℣. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.

PRECES
AD POSTULANDAM SERENITATEM

Dictis Litaniis Sanctorum ut supra, post obsecrationem : Ut animas nostras *etc. bis dicatur :* Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris : Te rogamus, audi nos. *Post* Pater noster *sequentia :*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

Psalmus 66.

Deus, misereatur nostri, et benedicat nobis : * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exsultent Gentes : * quoniam judicas populos in aequitate, et Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terrae.

Gloria Patri, *etc.*

℣. Adduxisti Domine spiritum tuum super terram.
℟. Et prohibitae sunt pluviae de caelo.
℣. Cum obduxero nubibus caelum.
℟. Apparebit arcus meus, et recordabor foederis mei.
℣. Illustra faciem tuam Domine super servos tuos.
℟. Et benedic sperantes in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

Quaesumus, omnipotens Deus, clementiam tuam: ut inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



PRECES
AD PETENDAM PLUVIAM

Dictis Litaniis Sanctorum ut supra, post obsecrationem : Ut animas nostras *etc. bis dicatur :* Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris : Te rogamus, audi nos. *Post* Pater noster *sequentia*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 146.

Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Aedificans Jerusalem Dominus : * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus : * et sapientiae ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus : * humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit caelum nubibus : * et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus foenum : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum : * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri, *etc.*


℣. Operi Domine, caelum nubibus.
℟. Et para terrae pluviam.
℣. Ut producat in montibus foenum.
℟. Et herbam servituti hominum.
℣. Riga montes de superioribus tuis.
℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, in quo vivimus, movemur, et sumus, pluviam nobis tribue congruentem: ut praesentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

Da nobis, quaesumus Domine, pluviam salutarem: et aridam terrae faciem fluentis caelestibus dignanter infunde. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



PRECES
PRO QUACUMQUE TRIBULATIONE

Dicuntur Litaniae Sanctorum quibus finitis Pater noster *deinde :*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis : * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto : * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum : * et omne consilium tuum confirmet.

Laetabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de caelo sancto suo : * in potentatibus salus dexterae ejus.

Hi in curribus, et hi in equis : * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt : * nos autem surreximus et erecti sumus.

Domine salvum fac regem : * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, *etc.*

℣. Deus refugium nostrum et virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Salvos fac servos tuos Domine.
℟. Deus meus, sperantes in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
℟. Miserere nobis.
℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem : sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende : ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere : et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Tribulationem nostram, quaesumus Domine, propitius respice : et iram tuae indignationis, quam juste meremur, averte.

Deus refugium nostrum et virtus : adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta ; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

PRECES
AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

quae ordinarie dicuntur sine expositione SS. Sacramenti

Dicuntur Litaniae Sanctorum in quibus bis dicitur : A fulgure et tempestate, *etc. quibus finitis dicitur* Pater noster, *deinde sequentia :*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

PSALMUS 147.

Lauda Ierusalem Dominum : * lauda Deum tuum, Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae : * velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigoris eius quis sustinebit ?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus eius, et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Iacob : * iustitias et iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : * et iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, *etc.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Adiuva nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Et benedic haereditati tuae.
℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.
℟. Domine Deus virtutum: beatus homo, qui sperat in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

A domo tua, quaesumus Domine, spiritales nequitiae repellantur: et aerearum discedat malignitas tempestatum.

Omnipotens, sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut post noxios ignes nubium, et vim procellarum, in materiam transeat laudis comminatio tempestatum.

Domine Iesu, qui imperasti ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna: exaudi preces familiae tuae, et praesta: ut hoc signo sanctae cru✠cis omnis discedat saevitia tempestatum.

Omnipotens, et misericors Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas: praesta supplicibus tuis; ut et tranquillitatibus hujus optatae consolationis laetemur, et dono tuae pietatis semper utamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



ROSARIUM MARIANUM

JUSSU LEONIS PP. XIII

per integrum Octobris mensem ad diem secundam Novembris inclusive recitandum, vel alio tempore de Ordinarii licentia

MISTERI GAUDIOSI

pel Lunedì e Giovedì.

℣. Deus, in adjutorium meum intende.
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri et Filio *etc.*
℟. Sicut erat in principio *etc.*
℣. Lodato, benedetto e ringraziato sempre sia il santissimo Nome di Gesù, di Giuseppe e di Maria.
℟. E sempre sia lodato il santissimo Nome di Gesù Verbo incarnato.

Nel primo Mistero gaudioso si contempla, come a Maria Santissima fu annunziato dall'Arcangelo Gabriele, che doveva concepire e partorire il nostro Signor Gesù Cristo.

Un *Pater,* dieci *Ave Maria* e un *Gloria.*

Lodato, benedetto e ringraziato sempre sia etc. *come sopra, e così dopo ogni Mistero.*

Nel secondo Mistero gaudioso si contempla, come la Vergine santa avendo inteso che santa Elisabetta era gravida, si partì subito ed andò a visitarla in casa sua, e stette con essa tre mesi.

Nel terzo Mistero gaudioso si contempla, come essendo venuto il tempo di partorire, partorì Maria Vergine nella città di Betlemme il nostro Redentore Gesù Cristo nella mezza notte, e lo pose in mezzo a due animali nel Presepio.

Nel quarto Mistero gaudioso si contempla, come Maria Santissima nel giorno della sua Purificazione, presentò Cristo nostro Signore nel Tempio, nelle braccia del santo vecchio Simeone.

Nel quinto Mistero gaudioso si contempla, come Maria Vergine avendo smarrito il suo Figliuolo, e cercatolo per tre giorni, alla fine del terzo giorno lo ritrovò nel Tempio in mezzo ai dottori, che disputava, essendo di anni dodici.

Salve Regina, etc.

℣. Dignare, me laudare te, Virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS

Deus, cujus Unigenitus per vitam, mortem, et resurrectionem suam, nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede, quaesumus: ut haec mysteria, sanctissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Le *Litanie* e le *Orazioni* a pag. 62.
Poscia l'*Orazione a S. Giuseppe* pag. 80.

MISTERI DOLOROSI

nel Martedì e Venerdì.

Nel primo Mistero doloroso si contempla, come il nostro Signor Gesù Cristo facendo orazione nell' orto sudò Sangue.

Nel secondo Mistero doloroso si contempla, come il nostro Signor Gesù Cristo fu crudelmente flagellato in casa di Pilato, e gli furono date innumerabili battiture.

Nel terzo Mistero doloroso si contempla, come il nostro Signor Gesù Cristo fu coronato di pungentissime spine.

Nel quarto Mistero doloroso si contempla, come Gesù Cristo essendo condannato a morte, per sua maggior vergogna e dolore gli fu posto sopra le spalle il pesante legno della Croce.

Nel quinto Mistero doloroso si contempla, come Gesù Cristo giunto sul monte Calvario, fu spogliato e confitto in Croce con acutissimi chiodi, sulla quale morì, essendo presente la sua afflittissima Madre.

MISTERI GLORIOSI

nel Mercoledì, Sabbato e Domenica.

Nel primo Mistero glorioso si contempla, come il nostro Signor Gesù Cristo nel terzo giorno dopo la sua Passione e Morte risuscitò glorioso e trionfante per non mai più morire.

Nel secondo Mistero glorioso si contempla, come Gesù Cristo quaranta giorni dopo la sua Risurrezione, ascese al Cielo con mirabile festa e trionfo, vedendolo la sua Madre santissima con tutti i suoi Discepoli.

Nel terzo Mistero glorioso si contempla, come Gesù Cristo sedendo alla destra del Padre, mandò lo Spirito Santo nel Cenacolo, dove erano gli Apostoli con Maria Vergine congregati.

Nel quarto Mistero glorioso si contempla, come la Santissima Vergine alcuni anni dopo la Risurrezione di nostro Signor Gesù Cristo passò da questa vita, e dagli Angeli fu assunta in Cielo.

Nel quinto Mistero glorioso si contempla, come Maria Vergine fu coronata nel cielo dal suo santissimo Figliuolo, e si contempla la gloria di tutti i Santi.

ORAZIONE A S. GIUSEPPE


A Voi o beato Giuseppe, stretti dalla tribolazione ricorriamo, e fiduciosi invochiamo il vostro patrocinio dopo quello della vostra Santissima Sposa.

Deh! per quel sacro vincolo di carità che Vi strinse all' Immacolata Vergine Madre di Dio, e per l' amore paterno che portaste al fanciullo Gesù, riguardate, Ve ne preghiamo, con occhio benigno la cara eredità, che Gesù Cristo acquistò col suo sangue, e col vostro potere ed aiuto sovvenite ai nostri bisogni.

Proteggete, o provvido Custode della divina Famiglia, l' eletta prole di Gesù Cristo; cessate da noi, o Padre amatissimo, cotesta peste di errori e di vizii, che ammorba il mondo; ci assistete propizio dal cielo in questa lotta col *potere delle tenebre*, o nostro fortissimo protettore; e come un tempo campaste dalla morte la minacciata vita del Pargoletto Gesù, così ora difendete la santa Chiesa di Dio dalle ostili insidie e da ogni avversità: e stendete ognora sopra ciascun di noi il vostro patrocinio, acciocchè a vostro esempio, e mercè il vostro soccorso, possiamo virtuosamente vivere, piamente morire, e conseguire l' eterna beatitudine in Cielo. E così sia. Pater. ave. Gloria —



APPENDIX



OBSERVANDA

IN

EXPOSITIONE ET PROCESSIONE LIGNI SS. CRUCIS

1. In expositione vel processione Ligni SS. Crucis semper paramenta rubri coloris adhibenda sunt. (Rub. Missal.) In Feria vero sexta Majoris hebdomadae quoad colorem paramentorum, servetur consuetudo. (Decr. 23 Sept. 1837).

2. Exposita Sacra Reliquia, Celebrans immediate illam thurificabit triplici ductu, non genuflexus, sed erectus. (Dec. 23 Sept. 1837).

3. Deinde canet hymnum et Orationem convenientem, quibus absolutis iterum illam incensabit, et postea velo humerali superindutus, benedicet populo, expeditum signum Crucis producendo.

5. In actu benedictionis prohibetur omnis cantus cujuscumque versiculi (Dec. 18 Feb. 1843). Celebrans quoque nihil proferre potest. (Decr. 23 Maj. 1835).

4. Ubi viget consuetudo, licet fideles admittere ad osculum Reliquiae SS. Crucis. (Decr. 23 Sept. 1837).

5. Coram Reliquia SS. Crucis exposita, semper unico genu flectendum est. (Dec. 23 Maj 1835).

6. Toleratur consuetudo deferendi Sacram Reliquiam in Processionibus sub baldachino, dummodo fiat disjunctim a Sanctorum Reliquiis et sustineri potest a Celebrante manibus velo humerali opertis. (Dec. 27 Maj. 1826). In processione omnibus incedendum est capite detecto, praeter Episcopum, si ipse sacram Reliquiam deferat.

7. Postquam Reliquia SS. Crucis fuerit fidelium venerationi exposita vel Processionis ritu circumlata, numquam est in custodiam recondenda, nisi antea cum ipsa impertita fuerit populo benedictio. (Dec. 31 Maj 1817).



IN EXPOSITIONE SS. CRUCIS

IN FERIIS SEXTIS QUADRAGESIMAE

HYMNUS

Vexilla regis prodeunt:
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.

Quae vulnerata lanceae
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit unda et sanguine.

Impleta sunt quae concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.

Arbor decora et fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis
Pretium pependit saeculi,
Statera facta corporis,
Tulitque praedam tartari.

O crux ave, spes unica,
Hoc passionis tempore
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.

Te, fons salutis Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde praemium. Amen.

℣. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.
℟. Quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

OREMUS

Perpetua nos, quaesumus, Domine, pace custodi: quos per Lignum Sanctae Crucis redimere dignatus es. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Feria Sexta in Parasceve dicitur:

OREMUS

Respice, quaesumus, Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et Crucis subire tormentum. Qui vivis et regnas etc.



DIE III MAJI

IN FESTO INVENTIONIS SS. CRUCIS

Cantatur hymnus Vexilla, *sed ubi dicitur:* Hoc Passionis tempore, *dicatur:* Paschale quae fers gaudium.

℣. Hoc signum Crucis erit in caelo, alleluja.
℟. Cum Dominus ad judicandum venerit, alleluja.

OREMUS

Deus, qui in praeclara salutiferae Crucis Inventione, Passionis tuae miracula suscitasti: concede; ut vitalis Ligni pretio, aeternae vitae suffragia consequamur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.



DIE XIV SEPTEMBRIS

IN FESTO EXALTATIONIS SS. CRUCIS

Cantatur hymnus Vexilla, *sed ubi dicitur:* Hoc Passionis tempore, *dicatur:* In hac triumphi gloria.

℣. Hoc signum Crucis erit in coelo.
℟. Cum Dominus ad judicandum venerit.

OREMUS

Deus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctae Crucis annua solemnitate laetificas: praesta, quaesumus; ut

cujus mysterium in terra cognovimus, ejusdem redemptionis praemia in coelo mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.



IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIAE

Celebrans albo pluviali indutus, medius inter assistentes procedit ad Altare et facta simplici genuflexione intonat :

HYMNUS

Coelestis urbs Ierusalem,
Beata pacis visio,
Quae celsa de viventibus
Saxis ad astra tolleris,
Sponsaeque ritu cingeris
Mille Angelorum millibus.

O sorte nupta prospera
Dotata Patris gloria,
Respersa sponsi gratia,
Regina formosissima,
Christo jugata Principi,
Coeli corusca civitas.

Hic margaritis emicant,
Patentque cunctis ostia ;
Virtute namque praevia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.

Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima,
Fabri polita malleo
Hanc saxa molem construunt
Aptisque juncta nexibus
Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum
Sit usquequaque Altissimo,
Natoque Patris unico,
Et inclyto Paraclito,
Cui laus, potestas, gloria
Aeterna sit per saecula. Amen.

Dum canitur hymnus, ubi viget consuetudo, fit processio extra vel intra parietes Ecclesiae dein dicitur :

℣. Haec est domus Domini firmiter aedificata.
℟. Bene fundata est supra firmam petram.

OREMUS

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis repraesentas incolumes : exaudi preces populi tui, et praesta : ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse laetetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea inchoatur Missa.



IN FESTO EXPOSITIONIS SS. RELIQUIARUM

quae fit die 18 mensis Iulii

Canuntur Litaniae Sanctorum *quae habentur pag. 62 quibus finitis dicitur* Pater noster *etc.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Hoc signum Crucis erit in coelo.
℟. Cum Dominus ad judicandum venerit.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Laetabuntur in cubilibus suis.

OREMUS

Deus, qui unigeniti Filii tui pretioso sanguine, vivificae Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede, quaesumus, eos, qui ejusdem sanctae Crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa Beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Auge in nobis Domine resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum Reliquiis mirabilia operaris: et fac nos immortalis gloriae participes, cujus in eorum cineribus pignora veneramur. Per Christum Dominum nostrum.

VIA CRUCIS

AD ALTARE MAJUS

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Atto di Contrizione.

Mi dolgo, o Signore, mi dolgo con tutto il cuore d'avervi offeso, perchè siete un Dio infinitamente amabile. Mi pento d' aver peccato, e vivamente bramo d' emendare ciò che ho malamente fatto. Deh! mio buon Dio, pietà, misericordia. Non riguardate i miei peccati; riguardate il Sangue del vostro Figliuolo per me sparso. Questo, mio Dio, io vi offerisco in soddisfazione delle mie colpe nel santo esercizio, che sono per fare, della Via Crucis, di cui un' Indulgenza intendo d' applicare per me e le altre tutte in suffragio delle anime sante del Purgatorio.

Stabat Mater dolorosa
Iuxta Crucem lacrimosa
Dum pendebat Filius.

Santa Madre, deh! Voi fate,
Che le piaghe del Signore
Sieno impresse nel mio cuore.

STAZIONE I.

Gesù condannato a morte.

℣. Adoramus Te, Christe, et benedicimus tibi;
℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Ah! Gesù mio, per quella ingiusta sentenza di morte, sottoscritta tante volte dalle mie colpe, liberatemi dalla sentenza di morte eterna da me tante volte meritata.
Pater, Ave.

℣. Miserere nostri, Domine.
℟. Miserere nostri.

Cujus animam gementem
Contristatam et dolentem
Pertransivit gladius.

Santa Madre etc.

STAZIONE II.

Gesù caricato della Croce.

℣. Adoramus Te, Christe etc.

Voi Gesù mio, che vi addossaste volentieri la Croce pesantissima fabbricata da' miei peccati, fatemi conoscere la gravezza dei medesimi, perchè io li pianga sempre, finchè avrò vita. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

O quam tristis et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!

Santa Madre etc.

STAZIONE III.

Gesù caduto la prima volta sotto la Croce.

℣ Adoramus etc.

Il gran peso delle mie colpe, o Gesù mio, vi fece cadere sotto la Croce. Le odio e le detesto, ve ne domando sempre più perdono: ed ajutato dalla vostra grazia non le commetterò mai più in avvenire. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Quae moerebat et dolebat,
Pia Mater, dum videbat
Nati poenas inclyti.

Santa Madre etc.

STAZIONE IV.

Gesù incontra la sua SS. Madre.

℣. Adoramus etc.

Afflittissimo Gesù! Addoloratissima Madre Maria! Se per il passato colle mie colpe sono stato io la cagione delle vostre pene e dei vostri dolori, mediante il vostro ajuto non sarà così nel restante di mia vita; ma vi amerò fedelmente fino alla morte. *Pater* etc. ℣. Miserere etc.

Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio.

Santa Madre etc.

STAZIONE V.

Gesù aiutato dal Cireneo a portare la Croce.

℣. Adoramus etc.

Fortunato Cireneo, che vi aiutò, o Gesù mio a portare la Croce! Felice anch' io sarò, se vi ajuterò a portare la Croce soffrendo con pazienza e volentieri quelle croci, che mi manderete nel corso di mia vita; ma Voi, Gesù mio, datemene la grazia. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Quis non posset contristari
Christi Matrem contemplari
Dolentem cum Filio?

Santa Madre etc.

STAZIONE VI.

Gesù asciugato dalla Veronica.

℣. Adoramus etc.

Gesù mio benignissimo, che vi degnaste imprimere il vostro volto santissimo in quel panno, con cui vi asciugò la Veronica; deh! imprimete, vi prego, nell' anima mia la memoria continua delle vostre accerbissime pene. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Pro peccatis suae gentis
Vidit Iesum in tormentis
Et flagellis subditum.

Santa Madre ecc.

STAZIONE VII.

Gesù caduto la seconda volta.

℣. Adoramus etc.

Le mie replicate colpe vi fecero nuovamente cadere a terra sotto la Croce, o Gesù mio: deh: ajutatemi Voi a mettere in pratica quei mezzi, che sono efficaci per non farmi cadere in peccato. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Vidit suum dulcem Natum
Moriendo desolatum,
Dum emisit spiritum.

Santa Madre etc.

STAZIONE VIII.

Gesù consola le donne di Gerusalemme.

℣. Adoramus etc.

Voi Gesù mio, che consolaste le pie donne di Gerosolima le quali piangevano nel vedervi così tormentato; consolate l'anima mia colla vostra misericordia, nella quale voglio solo confidare, ed a cui voglio sempre corrispondere. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Eja, Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.

Santa Madre etc.

STAZIONE IX.

Gesù caduto sotto la Croce la terza volta.

℣. Adoramus etc.

Per gli strazii da Voi sofferti, o Gesù mio, caduto la terza volta sotto il peso della Croce, fate, vi prego, che non abbia più io da ricadere in peccato. Sì Gesù mio, prima morire che di nuovo peccare. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam.

Santa Madre etc.

STAZIONE X.

Gesù spogliato ed abbeverato di fiele.

℣. Adoramus etc.

Voi Gesù mio, che foste spogliato delle vesti ed amareggiato con fiele, spogliatemi degli affetti alle cose terrene; e fate che abborrisca tutto ciò che sa di mondo e di peccato. *Pater* etc. ℣. Miserere etc.

Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.

Santa Madre etc.

STAZIONE XI.

Gesù inchiodato in Croce.

℣. Adoramus etc.

Per quegli spasimi che provaste, Gesù mio, nell' essere confitto alla Croce nelle mani e nei piedi con durissimi chiodi, fate che io crocifigga sempre la mia carne con lo spirito di una cristiana mortificazione. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Tui Nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Poenas mecum divide.

Santa Madre etc.

STAZIONE XII.

Gesù morto in Croce.

℣. Adoramus etc.

Voi Gesù mio, che dopo tre ore di penosissima agonia sulla Croce moriste per me, deh! fatemi morire prima che abbia a ricadere in peccato; e se ho da vivere, viva solo per amarvi e fedelmente servirvi. *Pater,* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Fac me tecum pie flere
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

Santa Madre etc.

STAZIONE XIII.

Gesù deposto dalla Croce.

℣. Adoramus etc.

Maria, Madre, addoloratissima, ah! quale spada di dolore fu mai per Voi vedervi morto nel seno il vostro caro Figlio Gesù; deh! Voi impetratemi, che io detesti sempre il peccato cagione della sua morte e di tanto vostro patire; e che viva in avvenire da vero Cristiano e mi salvi. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Iuxta Crucem tecum stare,
Et me tibi sociare
In planctu desidero.

Santa Madre etc.

STAZIONE XIV.

Gesù posto nel Sepolcro.

℣. Adoramus etc.

Io voglio come morto stare sempre con Voi, Gesù mio; e finchè vivo, voglio vivere a Voi, per poi venire con Voi a godere in Cielo il frutto della vostra passione e morte dolorosissima. Amen. *Pater* etc. ℣. Miserere nostri etc.

Quando corpus morietur
Fac ut animae donetur
Paradisi gloria. Amen.

Santa Madre etc.

ALL'ALTARE MAGGIORE

℣. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi;
℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

OREMUS

Deus, qui Unigeniti Filii tui pretioso Sanguine vivificae Crucis Vexillum sanctificare voluisti: concede quaesumus, eos, qui ejusdem Sanctae Crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Si conchiude con un Pater, Ave e Gloria *secondo l'intenzione del Sommo Pontefice, oppure si pratica il seguente pio esercizio in onore delle cinque Piaghe di nostro Signor Gesù Cristo.*

Reciteremo cinque *Pater, Ave* e *Gloria* in memoria delle cinque Piaghe di Nostro Signor Gesù Cristo.

Il primo *Pater, Ave* e *Gloria* in onore della Piaga della mano destra, pregandolo a darci forza e valore di non cadere in peccato mortale per nessun tempo della vita nostra. *Pater, Ave* e *Gloria.* ℣. Miserere nostri etc.

Il secondo *Pater, Ave* e *Gloria* in onore della Piaga della mano sinistra, pregandolo a concederci la grazia di degnamente ricevere i SS. Sacramenti della Chiesa in vita e nell' ora della nostra morte. *Pater, Ave* e *Gloria.* ℣. Miserere nostri etc.

Il terzo *Pater, Ave* e *Gloria* in onore della Piaga del piede destro, pregandolo a concederci un vero dolore e pentimento dei nostri peccati, adesso e nel punto della nostra morte. *Pater, Ave* e *Gloria.* ℣. Miserere nostri etc.

Il quarto *Pater, Ave* e *Gloria* ad onore della Piaga del piede sinistro, pregandolo a guardarci da tutti gl' inganni e tentazioni del demonio, in vita e nell' ora della nostra morte. *Pater, Ave* e *Gloria.* ℣. Miserere nostri etc.

Il quinto *Pater, Ave* e *Gloria* ad onore della Piaga del Santissimo Costato, pregandolo per i meriti della sua SS. Passione a degnarsi di ricevere dopo la nostra morte le anime nostre in compagnia di tutti i beati nella celeste gloria. *Pater, Ave* e *Gloria.* ℣. Miserere nostri etc.

Diremo pure un *Pater, Ave* e *Gloria* secondo l' intenzione dei Sommi Pontefici che hanno concesse e confermate queste sante Indulgenze. *Pater, Ave* e *Gloria.*

℣. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi;
℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.
℣. Ora pro nobis, Virgo dolorosissima.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum.
℟. Signis Redemptionis nostrae.

OREMUS

Domine Iesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Iudaeis reprobari, a Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, Cruci clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari, Te humiliter per has sanctissimas poenas tuas deprecamur, ut in die Iudicii ad dexteram tuam audire mereamur: Venite benedicti.

Interveniat pro nobis, quaesumus, Domine Iesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae, apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam Animam in hora tuae Passionis doloris gladius pertransivit.

Deus, qui mira Crucis Mysteria in Beato Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti, da nobis, quaesumus, devotionis suae semper exempla sectari, et assidua ejusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



AD ASPERSIONEM AQUAE BENEDICTAE IN DOMINICIS

per annum

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Ps. 50. Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Et repetitur Ant. Asperges me.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis; qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tempore Paschali.


Vidi aquam egredientem de templo, a latere dextro, alleluja: et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: alleluja, alleluja.

Ps. 117. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus.

℣. Gloria Patri, *etc.*

Et repetitur Ant. Vidi aquam.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, alleluja.
℟. Et salutare tuum da nobis, alleluja.
℣. Domine *etc. ut supra.*



IN VISITATIONE PASTORALI

Preces dicendae a Parocho dum recipit Episcopum


Parochus stans in cornu Epistolae altaris, versus ad Episcopum orantem, detecto capite, dicit:

℣. Protector noster aspice Deus.
℟. Et respice in faciem Christi tui.

℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris: praetende societati nostrae gratiam tuam; ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



BENEDICTIO PUERORUM

in festis Piae Unionis a S. Infantia nuncupatae



℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Quaesumus omnipotens Deus, pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, bene ✠ dicere dignare: et per

virtutem sancti Spiritus corda eorum corrobora, vitam sanctifica, castimoniam promove, sensus eorum bonis operibus unice intentos custodi, prospera tribue, pacem concede, salutem confer, caritatem largire, et ab omnibus diabolicis atque humanis insidiis tua protectione et virtute semper defende: ut, te miserante, paradisi requiem tandem feliciter assequantur. Per Dominum nostrum *etc.* ℟. Amen.

OREMUS

Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos, et ad te venientes, complectebaris, *(hic ponat manus super capita puerorum)* manusque super illos imponens, eis benedicebas, dicens: Sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere eos: talium est enim regnum coelorum, et Angeli eorum semper vident faciem Patris mei; respice, quaesumus, ad puerorum et puellarum praesentium devotionem, et benedictio tua copiosa super illos descendat, ut in tua gratia et caritate proficiant, te sapiant, te diligant, te timeant, mandata tua custodiant, et ad exoptatum finem perveniant, per te, Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti, descendat super vos, custodiat atque dirigat vos, et maneat semper vobiscum. ℟. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.



BENEDICTIO CANDELARUM

in festo S. Blasii Episcopi et Martyris

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnium mundi rerum diversitates solo Verbo creasti, et ad hominum reformationem illud idem Verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari voluisti; qui magnus es, et immensus, terribilis atque laudabilis, ac faciens mirabilia: pro cujus fidei confessione gloriosus Martyr et Pontifex Blasius, diversorum tormentorum genera non pavescens, martyrii palmam feliciter est adeptus: quique eidem, inter ceteras gratias, hanc praerogativam contulisti, ut quoscumque gutturis morbos tua virtute curaret; majestatem tuam suppliciter exoramus, ut non inspectu reatus nostri, sed ejus placatus meritis et precibus, hanc cerae creaturam bene ✠ dicere, ac sanctificare tua venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fuerint, a quocumque gutturis morbo ipsius passionis meritis liberentur, et in Ecclesia sancta tua sani et hilares tibi gratiarum referant actiones, laudentque nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in saecula saeculorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Adspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos terminata Missa, deposita casula et manipulo, accensis duobus cereis, ac in modum crucis aptatis, apponens illos sub mente gutturi cujusvis benedicendorum, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicat :

Per intercessionem sancti Blasii, Episcopi et Martyris, liberet te Deus a malo gutturis, et a quolibet alio malo. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.



BENEDICTIO PANIS, VINI, AQUAE ET FRUCTUUM

contra gutturis aegritudinem in festo S. Blasii Ep. M.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Salvator mundi Deus, qui hodiernam diem beatissimi Blasii martyrio consecrasti, quique eidem inter ceteras gratias hanc praerogativam contulisti, ut, quoscumque gutturis morbos tua virtute curaret ; ineffabilem misericordiam tuam suppliciter exoramus, et petimus ; ut hos panes, vinum, aquam et fructus, quae plebs fidelis tibi devote hodie ad sanctificandum attulit, tua pietate bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris : ut qui ex his gustaverint, ab omni gutturis plaga,

et quavis alia animae et corporis infirmitate, meritis et intercessione ejusdem beati Blasii Martyris tui atque Pontificis, plenam recipiant sanitatem: Qui vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Deinde Sacerdos res adspergit aqua benedicta.

BENEDICTIO EQUORUM ET ANIMALIUM

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, refugium nostrum, et virtus: adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta; ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosum beatum Antonium, variis tentationibus probatum, inter mundi hujus turbines illaesum abire fecisti; concede famulis tuis; ut et praeclaro ipsius proficiamus exemplo, et a praesentis vitae periculis ejus meritis et intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OREMUS

Bene ✠ dictionem tuam, Domine, haec animalia accipiant: qua corpore salventur, et ab omni malo per intercessionem beati Antonii liberentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde adspergantur aqua benedicta.



- Preghiera per la pace -

Vergine pia e madre di ineffabile tenerezza al cui materno amore è stata affidata tutta l'umanità, volgi il tuo sguardo compassionevole su questa Terra sconvolta. A Te, madre e Regina di pace, che in altre ore dolorose fosti ai popoli soccorritrice potente, ci rivolgiamo implorando la regale mediazione perchè cessino gli odi funesti, che logorano la società e arrida la pace sul mondo turbato. Consola o madre col dono di la pace, i tanti cuori sofferenti, illumina i popoli nella carità e nell'amore Divino.

A Te affidiamo i nostri soldati, benedici la nostra patria, i capi che lavorano per la sua grandezza, e soprattutto sii consigliatrice per coloro che vogliono fare senza il Tuo Figlio, impetra ad ogni cuore la Sua pace mediante il suo regno d'amore.

Salve Regina ...., Regina Pacis, ora pro nobis.

Imprimatur + Fr. Adeodato Giov. Piazza, Patriarca.

INDEX

APPENDIX

